

ψ. 28.

ψ. 29.

ψ. 30.

ψ. 31.

Etis *Esa. 1, 9. Thren. 3, 22.* partim ex historia diluvii, panoletriae Sodomorum & Hierosolymae (6) Urbium incolis (a) *Luētus* cum caeteris calamitatibus ex decreto DEI certo certius oboriturus. (b) *Fuga.* (c) *Consiliorum & studiorum placandi hostem Vanitas.* (d) *Dolor similis ὠδῖσι parturientium.* Utitur Spiritus S. ista similitudine vehementiam doloris exquisitissimi significaturus *2. Reg. 19, 3. Ps. 48, 7. Esa. 13, 8. c. 21, 3.* & alibi saepissimè.

Repetatur hinc memoria illud *πολυθρόνηλον: Liberi sunt ante partum onerosi: in partu dolorosi: post partum laboriosi.* Ardentiori igitur affectu colere jubentur parentes *Sir. 6, 29. Tob. 4, 4. 2. Macc. 7, 27.*

Ἀξιωματικόν τε.

1. Ἐλεξικά.

1. *Similitudo ab agricultura.* 2. *Typus Circumcisionis.* 3. *Babylonis cum exercitu comparatur Leoni, vento urenti, nubi, procellae, aquilae, custodibus.* 4. *Poenitentia notatur Methaphora lavandi.* 5. *Pœna, merces peccati.* 6. *Similitudo parturientis.*

2. Ἐγνωτικά.

Tabulis memoriae inscribantur *v. 3. 4. 14. 22. 27. 31.*

3. Ἐδημηγορικά.

Tres conciones habeantur ex hoc capite. I. *De exhortatione ad poenitentiam.* II. *De poenarum comminatione, eiq̄ve adjuncta denuò hortatione ad poenitentiam, usq̄ve ad amplificationem.* III. *De amplificatione per ὑπερῶπιον.*

vs. 3. pertinet ad *Domin. Sexagesimæ.*

vs. 4. ad *festum Circumcisionis.*

vs. 14. ad 3. *Trin.*

vs. 22. ad 9. *Trin.*

vs. 31. ad *Dom. Jubilate.*

Ex eodem versu haberi potest concio in funere mulieris, quæ in partu, vel post partum obiit.

## CAPUT V.

1. *Continuatio.*

**S**icut in præcedentibus cepit: ita & in hoc capite ulterius perrexit concionem de peccatis Hebræorum, peccatorumq̄ve illorum poenis.

2. *Argu-*